

1547.

Ex MS. Arch. Stan. Aug. Reg.

Restes ut Homines parent se ad
Bellum.. Sigismundus Primus Rex Poloniae.

87
Univerſis et Singulis Palatinis, Castellanis, Officialibus, et
Sincerè et Fideliter Dilectis Gratiam Noſtram Regiam et
Magnifici Generoſi Nobiles, Famati et Providi ſince-
re et fideles Dilecti. Mandavimus Vobis antea primis
Reſtium literis, quandoquidem Generalis Bellica Ex-
peditio publico omnium Ordinum Regni conſenſu
in proximè habitis Comitiis in hunc annum Decre-
ta eſſet, ut ad eam expeditionem bene armati et inſtru-
cti eſſetis, nunc iterum de more hiſce ſecondis literis
Reſtium mandamus omnino habere volentes, ut equos
arma et cetera ad bellum neceſſaria pro facultatibus
veſtris bene parata habeatis, ut cum Tertio ſignifi-
caverimus, nullam moram interponatis, ſed ad eum
locum quem tertius Reſtium literis conſtituerimus,
quo tempore juſſerimus ſic uti Decet inſtructi veni-
atis. Interim tamen Judicia de more peragi volu-
mus. Haec verò literas Noſtras alter alteri viciniori
perferendas curet, ultimus verò loci Capitaneo e-
as remittat, ne ſecus feceritis ſub amiſſione bono-
rum. Cracoviae Feria ſeconda poſt Rogationum.

1547.

Reverendi in Christo patri...

Universis in Christo dilectis...